Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



doc & quod ordine plebs eadem saluari & perficidebeat ad predicationem uidelic & iohannis paeni
tendo & credendo in xpm. in diebus suis.

Et dixit zacharias ad angelum. unde hoc sciam ego enim senex & uxor mea processit
Ob altitudinem promissorum hesitans. signum quo credere ualeat inquirit. cui sola angeli
uisio uel allocutio pro signo sufficere debuerat. unde meritam diffidentiae tacendo pae
nam luit. cui tacitur nitas eadem & signum fidei quod quaesiuit & infidelitatis est & pena quam meruit.

Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui adsto ante dominum & missus
sum loqui ad te & haec tibi euangelizare & ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem
quo haec fiant pro eo quod non credidisti uerbis meis quae implebuntur in tempore suo.
Uult intellegi quasi homo talia audierit in pune signum flagitare licere. At cum angelus pro
mittat iam dubitare non doceat. dat quod signum quod rogatur. ut qui discredendo locutus est. iam
tacendo credere discat. Ubi notandum quod angelus se & ante dominum adstare & ad euangelizandum
zachariae missum esse testatur. Quia & cum ad nos ueniunt angeli sic exterius implent minis
terium. ut tamen numquam desint interius per contemplationem. & mittuntur igitur & adsistunt.
quia & si circumscriptus est angelicus spiritus. summus tamen spiritus ipse quidem est. circumscriptus non est.
Angeli itaque & missi ante ipsum sunt. quia quolibet missi ueniunt in trans ipsum currunt.

Et erat plebs expectans zachariam & mirabantur quod tardaret ipse
in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos & cognouerunt quod
uisionem uidisset in templo & ipse erat innuens illis & permansit mu
tus. & factum est. ut impleretur dies officii eius abiit in domum suam.
Hoc est quod dixi. quia uicissim ae tempore pontifices templi. tantum officiis mancipati. non
solum a conplexu uxorum. sed ab ipsa quoque domorum suarum abstinerent ingressum. Ubi
nostri temporis sacerdotibus quibus semper altari seruire iubet. per perpetuae seruandae castitatis exem
plum datur. Quia enim tunc sacerdotalis ex stirpe aaron successio quaerebatur necessario
tempus substituendo soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio sed perfectio
spiritalis inquiritur consequenter sacerdotibus ut semper altari queant adsistere semper
ab uxoribus continendum semper castitas obseruanda precipitur.

Post hos autem dies concepit elisabeth uxor eius.
Post dies uidelic & officii zachariae complet os. huius sacratissimae conceptionis iohannes
constantinopolitanae urbis antistis mentionem faciens. Gesta sunt haec inquit men
se septembri octauo kalendas octobris incipiente luna undecima quando opostebat
iudaeos ieiunium scenophegiae celebrare & inuentum est ipsa die octaua kalendarum
octobrium esse. aequinoctium. In qua est inchoatio noctis maior quam lucis. Illum enim
opostet crescere inquit. me autem minui. Minorata & enim fuerat lux a tenebris.
Cum iudaei secundum legem & prophetiam sacrificia deo offerebant in qua & iohannes